

EXPOSITIO IV.

57.



MEN dico vobis. Aseuerationis particula est. Minabatur Dominus poenam infligendam, quod cum sit valde alienum ab eo, multa aseueratione vitur ipse. Venient hec omnia. Dixerat enim supra, Veniet super vos: Omnis scilicet poena, ac vindicta debita cadibus omnium iustorum ab exordio mundi vsque in presentiarum. Super generationem istam; scilicet Iudaeorum. Notandum, quod in opere misericordiae ipse Dominus se declarat auctorem; Volui congregare filios tuos. At vero in poena infligenda tanquam in opere veluti a se alieno non exprimitur, a quo poena veniet, ac emittenda sit. Vide supra cap. 43. q. 12.

Supplicium veluti opus alienum.

58.

Carthus.

Ierem. 9. Mai. 24. Act. 7.

Lorin. Caietan.

Ierusalem, Ierusalem; Vocis geminatio ad magnam attentionem prouocat, vt ait Carthusian. Indicat etiam exitium condolentis, ac misericordiae affectum, vt est frequens Hebraismus: Omnis frater supplantans supplantabit. Ierem. 9. num. 4. Prauaricantes prauaricati sunt. Mai. 24. n. 16. Act. 7. num. 4. Nomen manens tibi manebat? Ait Petrus ad Ananiam. Ibi Lorinus late. Caietan. Conduplicat autem nomen exaggerando conditionem ciuitatis, tot dignitatibus, gratijs, & beneficijs donata. Quanto enim maioribus beneficijs a Deo fuerat affecta, tanto ad maiorem gratitudinem, vt Deum coleret, tenebatur. Et ponitur hic Ierusalem pro ciuitate coetu, quos Dominus, vt ait D. Hieron. in presenti, plangit a malitia inhabitantium.

59.

Prosper.

Chrysof.

Non solum vitam, sed & famam voluit offendere.

Quo occidis Prophetas, & lapidas eos. D. Prosper in Plal. 121. Poena Ierusalem denuntiatur, quo ob tot impietates stare non potuit. Et de presenti dicitur: Occidis, & lapidas, explicat D. Chrysof. affectu nempe; quia eos volebat occidere. Voluntatis affectus pro opere reputatur. Occidis, & lapidas. Propheta a populo occidebantur, ac lapidabantur, occidebantur tanquam rei mortis, lapidabantur tanquam blasphemi in Deum, vt ita non solum vita perirent, sed etiam vt eorum fama, ac honor macularetur, & ideo contra Iudaeos ingeminat Christus, Ierusalem, Ierusalem, tanquam contra illa duo scelera, duo supplicia denuntians. Considera ingentem Christi amorem, ac affectum erga suos. Ipse multis iniurijs se affectum, ac flagellis caesum silet, ob tamen suorum opprobria profunde conqueritur. Amanitis est suarum iniuriarum obliuisci, dilecti vero sentire. Qui ad te missi sunt, tanquam mei Legati; pro tam ingenti beneficio Iudaei in eos multa tormenta sunt machinati. Et haec dicit Christus, vt cum sui huiusmodi spectacula viderent, non perturbarentur.

60.

Theophyl.

Quoties, hoc est saepissime, volui congregare; dispersos nempe per varias peccatorum vias, in vna fide, & charitate volui vnire, & colligere. Theophylactus: Nihil enim, ait, adeo dispergit, vt peccatum: & nihil ita ad Deum aggregat, vt virtus. Haec autem voluntas, volui, non solum fuit mera intentionis, sed etiam executionis, media in exercitio applicans, & non quouis modo, sed valde sollicito, cum multa cura, beneuolentia, ac amore. Quemadmodum gallina. D. Luc. Sicut avis nidum. Nam vt ait D. Chrysofomus: Ab imagine significauit: Feruenti namque amore, aues pullos diligunt suos. Et ideo subditur in textu: Congregat pullos suos; per varia vagantes, &

Chrysof.

dispersos. De quo quaest. 11. Et noluit; seu vt habet Graecus, Et noluitis. Voluntate in malo persistente a vestris parentibus hausta. Vnde ait D. Stephanus: Vos semper Spiritu sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos. Faustinus Episcopus lib. 1. de libero arbitrio cap. 19. Dum dicit: Quoties volui, & noluiti. In Deo propositi bonitas, in homine expressa arbitrij libertas deputatur.

Actor.

Faustinus

QUESTIO X.

Quare deslet Dominus Ierusalem, & non potius ipsos Prophetas occisos?

61.

IT Dominus in presenti: Ierusalem, Ierusalem, qua occidis Prophetas, pro magno dolere, & gemitu ingeminat voces super Ierusalem. Cur potius non plangit Dominus suorum amicorum obitum, suosque inclytos milites tam atrociter interfectos? Cur pro ipsis defunctis non gemitum, ac querimoniam excitat?

62.

Chrysof.

Respondet D. Chrysofomus in Imperfecto homil. 46. Recordabatur, ait, sanguinem Sanctorum suorum, qui effusus erat ab illis, & qui adhuc postmodum fuerat fundendus, sed non tamen dolere de iniuria Sanctorum suorum, sciens qualem illis gloriam preparauerat pro morte temporali; sed de illorum inuentione sebat, quibus & in isto saeculo mala ventura erant, & in alio peiora. Lachrymae aduersis casibus debentur, prosperitati autem iniuriam facit, qui plangit. Recte igitur Dominus tristissimos Ierosolymae casus lamento prosequitur, non vero suos inclytos martyres, ne de eorum glorioso triumpho quis dubitaret, quos enim martyres videbat, maxime de illis latandum erat, cum nulla maior fors illis obuere possit.

De martyrum morte latandum.

63.

Ioan. 21.

Sublimem martyrij coronam praedixit Christus Petro: Cum esses iunior, aiebat, cingebat te, & ambulabas vbi volebas; cum autem senueris, exrendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis, Ioan. 21. n. 28. Accepto nuntio suae mortis conuersus Petrus ad Christum de Ioannis exitu percontari cepit. Domine, hic autem quid? Ac si diceret, dic nobis Magister quali obiturus sit morte, hic discipulus tam singulariter dilectus? Ardentem Petrus Ioannem amabat, pra amore ergo eum volebat habere secum socium in omni gloria sua, & quia sciebat nihil excelsius, ac sublimius esse Martyrij palma, & ideo quaerit, an illius, quae ei denunciata erat, Ioannem participem futurum, ad intimam enim amicitiam spectat, amicis praestantiora dona optare. Theophylactus post Chrysofom. Postquam autem, ait, Petrus ista audivisset, & talibus dignus esset habitus, vt ipsi terrarum Orbis committeretur, martyrius dignus haberetur, de ipso etiam interrogat dicens, Hic autem quid? Num eadem, qua nos incedet via? Ioannem uehementer diligens.

Pro magno amore Petrus exoptat Ioannis martyrij.

64.

Ioan. 21.

Altius tamen tem adurgeo. Si Petrus summe diligebat Ioannem; Cur quando creatur Pontifex totius Ecclesiae: Pasce oves meas, Ioan. 21. n. 17. Non quaerit de Ioanne: Domine hic autem quid? Sed modo cum crucifixionem suam delineatam audit:

Petrus exoptat non pontificatum, sed martyrium. Math. 16.

audit? Vt sublimius appendebat Petrus vitam pro Christo profundere, quam in terris Christi vices tenere, gloriosiorque illi apparebat rubea martyrij sanguine corona, quam insula pontificia plenaria potestate conspicua, Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in caelis, &c. Matth. 16. num. 19. Pro ergo tam eximio amore erga Ioannem, Petrus eum volebat in tam glorioso honore eum secum habere socium. Vide rom. 1. lib. 2. cap. 8. q. 15. n. 53. & rom. 2. cap. 11. quaest. 32. num. 251. tom. 3. cap. 10. quaest. 3. n. 20. 21. 22.

QUESTIO XI.

Quare Christus Dominus se gallinae assimilat?

65.

PRIMO. Vox Graeca, Gallina, communis est ad auem, in genere, & ad gallinam in specie, aptissimeque, qua pullos colligit, vertit gallinam, nam vt ait D. Augustinus lib. 1. quaestionum Euangel. quaest. 36. Mirus est amor omnibus fere auium ad conseruandos, & protegendos pullos, sed praecipue gallinis, qua pullos colligit sub alas, id est, cum desiderio, & sollicitudine eos fouet. Crebro enim gallina pullos suos sub alas colligit, partim vt eos foueat, ne frigore pereant; partim vt eos defendat, ne a miluis rapiantur. Sic Christus sua gratia, ac auxilijs nos fouet, ac protegit. Vide cap. 8. n. 10.

August. Christus nos fouet, ac protegit.

66.

Chrysof. Predicator non cessat, sed perperuo clamor.

Secundo. Chrysofom. in Imperfecto hom. 46. Quemadmodum, ait, gallina habens pullos vocando illos non cessat, vt assidua voce vagantem corrigat, pullos suorum: sic & Sacerdotes in doctrina cessare non debent, vt studio, & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantis emendent. Christus perpetuo dabat voces per suos Prophetas, Praedicores, sic & bonus Praelatus non cessat, sed perpetuo clamat, vt errantes ad viam salutis reducat. Vide cap. 20. num. 13. & cap. 29. num. 60.

67.

Chrysof.

Tertio. Idem Chrysofomus: Quemadmodum, ait, gallina habens pullos, non tantum pullos suos calefacit, sed etiam cuiuscumque volatilis filios exclusos a se, diligit quasi suos: ita Ecclesia non solum suos Christianos fouet; sed sine Gentiles, sine Iudaeos si suppositi fuerint, omnes fidei suae calore viuificat. Ergo Christus in omnes benignus, seu ex domesticis, seu de peregrinis sint, propterea quasi gallina congregans pullos suos: Nonne testatur Apostol. ad Rom. 10. n. 12. Non enim est distinctio Iudaei, & Graeci: nam idem Dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum. Ex hoc Christi genio discat Praelatus, vt non solum suos domesticos, sed etiam extraneos suis donis, ac muneribus foueat, suaque benignitate recreet. Vide supra cap. 3. n. 10. 11. & 12. cap. 16. n. 15. 16. & 17. & cap. 24. n. 6. & 7. & cap. 37. n. 109. & 110.

Praelatus benignus in domesticos, & extraneos. Rom. 10.

68.

Paschal.

Quarto. D. Paschal. lib. 10. in Matth. Mira comparatio proponitur, ait, nullum enim animal eo infirmatur, sicut gallina, totaque sit, hispida, & rauca: quod desumptum est ex D. Augustino in Plal. 58. Raucecit vox, sic hispida totum corpus, demittuntur alae, laxantur pluma, & videt circa pullos, nescio quid agrotum, & ea est materna charitas, qua inuenitur infirmitas, &c. Sic Christus, pergit Sanct. Pater: Congregauit omnes Gentes, tanquam Sylueira in Euang. Tom. IV.

August.

quam gallina pullos suos, qui infirmatur est propter nos accipiens carnem a nobis, id est, a genere humano, crucifixus, contemptus, alapis caesus, flagellus, ligno suspensus, &c. Discant ex hac Christi charitate Praelati semetipsos euiscerare, ex suaquemet substantia aliquid auferre, vt subditos replcant, eosque valeant in salutem regenerare. Vide supra cap. 42. n. 26. 27. & 28.

Praelatus pro subditis semetipsum euiscerare debet.

Quinto. Gallina quasi languida per omnia accommodat se paruulis suis, vt eos plumescere, ac euolare faciat. Sic Christus Dominus, ait D. Hilat. Huius familiaris, ac penè terrena auis amore congregare eos intra se voluit, vt qui conditione nascendi editi iam fuissent, nunc alterius generationis ortu, & calore conuenienter renati, in caeleste regnum, tanquam pennatis corporibus euolarent. Expende primò illud, Huius familiaris, ac penè terrena auis. Non aliam auem proponit Dominus in exemplum, nisi gallinam; familiari aue nos instruere voluit. Ad auctoritatem S. Patris. Christus vt nos viuificaret se nostris infirmitatibus accommodauit. Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit, Isai. 53. Christus Dominus esse nostris infirmitatibus accommodauit, vt in se nos tanquam pennati renati, vt aues in altum volare, ac in sublimi ferri possemus. Vide supra ap. 8. n. 81. 82. 83. & 84.

69.

Hilat.

Praelatus se accommodat infirmitati subditorum.

Isai. 53.

Sexto. Gallina cum de se agitur, sibi que soli consulit a miluo, vel cane metuit, fugit; si vero pulis suis metuat, illos sub alas colligens vindicet ab iniuria, omni conatu nititur, & supra quam vires patiuntur, frequenter alis, rostro, pebus, totaque corpore dimicat, vt pullos suos cubdiat, ac ab omni nocimento liberet, totòque corpore sese omni periculo exponit. Ita Oppianus lib. 3. de Venat. Sic Christus pro nobis cora diabolo, ac peccatum, vsque ad mortem, mementoque crucis certauit; ab hocque omnes Prati accipiant documentum, vt plus pro subditis quam pro sua vita laborent, et si pro se periculum meruant, non vero pro subditis.

70.

Oppianus. Praelatus esse pro se periculum fugiat, non vero pro subditis.

Contemptam regalem coronam, ob interfectu Aegyptium a Pharaone, fugit Moyses: Quiens de conspectu eius, moratus est in terram. Maan, Exod. 2. num. 15. Postea vero labentibus quot annis, constitutus a Deo dux totius populi israelitici ex Domini mandato pro liberando populo descendit in Aegyptum: Vadam, & reuert ad fratres meos in Aegyptum, Exod. 4. n. 18. ut Moyses non recusat iter in Aegyptum? Nonnides Moyses, quod ab aliquibus agnitus eris, quod vita tua in magnum discrimen vocabitu Moyses modo constitutus erat a Deo gubertor, ac dux totius populi. Cum ergo de propregotio ageretur, a periculo cauit, mortem si; at cum de populo sibi commisso res efferet, illiusque libertate negotium pertractaretur, ne periculum contempserit, omnique vitae dmini libenter sese offert. D. Chrysofomus inens illud Rom. 9. Optabam ego ipse anathem esse pro fratribus meis. Sic ait: Omni pelago r, omni flamma uehementior erat hac dilectio de supra cap. 19. n. 62. & n. 72. 73. 74. & cap. 1. 47. 48.

71.

Exod. 2.

Exod. 4.

Pro se Moyses fugit mortem, non vero pro populo.

Matth. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Num. 3. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis.

BBbb 2



dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

VERSIONES.

- Syriac. n. 3. Ecce relinquitur domus vestra. Clem. Alex. Ecce relinquitur. D. Zeno. Ecce remittetur vobis. Arabicus. Domus vestra destructa. Vatabl. n. 39. Dico enim vobis haudquam me videbitis posthac. Clem. Alex. Non me videbitis deinceps. Syriacus. Non me videbitis ab hoc tempore usque dum dicatis.

ALTER TEXTVS.

Luc. 13. n. 35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis: quia non videbitis me, donec veniat, cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

EXPOSITIO V.

CCE, id est, idcirco, ut multi interpretantur, seu ut legit Clemens Alex. Propterea, quia enim Prophetas, Apostolos, ac Discipulos occiderunt, ac lapidauerunt, denuntiat pena in eos, hac enim semper peccatores apprehendit. Relinquetur; seu, ut aliquid de presenti, relinquitur, quia in proximo erat totius urbis deuastatio, & non ait. Requiam, ut videbatur dicendum, iuxta superiorem locutionem. Volui congregare. Sed ait, relinquetur, quia ille nos non relinquit, nisi prius relinquitur a nobis, nos enim eius itam sollicitamus, & euocamus. Domus vestra. D. Chrysof. in Hierosol. homil. 46. D. Hieron. Euthym. Theophyl. templum interpretatur; alij etiam, ut D. Hieron. Carthusianus, Hugo, Ierusalem, ad quam igitur sermo Ierusalem. Deserta, a diuino patrio, ut ait D. Chrysof. deserta a suis habitatoribus, ut interpretantur D. Hieron. Beda; nam per um, ac Romanos desolata, ac deuastata fuit itas, & a suis habitatoribus, ac colonis deserta; notandum, quod non ait: Domus mea, ut auocabatur, Isai. 56. num. 7. Ierem. 7. n. 11. sermo vestra. Erat enim olim sua, quando in ipse colebatur, & ob hoc ei sua beneficia corbat, nunc autem suis peccatis aliena facta erat eo, & indigna eius beneficentia, inde non s, sed vestram domum dicit.

Dico enim. D. Lucas. Dico autem: V non me videbitis amodo. Seu ut habet Syriacus hoc tempore, nempe mortis, & passionis in qua intra tres dies a vobis mihi est inferendobat Dominus id, quod immediate dixerat, relinquetur domus vestra deserta, a mea presenti consequenter a mea protectione, & auxilio peccatorum vestre incredulitatis, qua non is me agnoscere ut vestrum Messiam, & Dei sic

a tempore mortis meae a vobis, subducam in caelum, me non videbitis, donec dicatis, Benedictus, qui venit. Sermo est de die iudicij, ac fine mundi, ut volunt D. August. lib. 2. de concens. Euangel. cap. 75. D. Chrysof. Theophyl. Euthym. D. Thom. a tempore mortis meae, non me videbitis amplius usque ad diem iudicij, quando inuiti cogemini me confiteri esse vestrum Messiam, ac Dei Filium, ac benedictum illum, qui venit in nomine Domini, qui missus fuit a Deo Patre, ad redimendum, & saluandum mundum. Et forte ideo hic Dominus meminit iudicij aduentus, ut illius metu homines traheret ad sanam doctrinam. Aliter verò Origenes homil. 26. & D. Hieron. interpretantur, quod nisi Iudaei per poenitentiam resipiscant, non videbunt, nec cognoscent Christum Filium Dei benedictum. Prior sensus genuinus.

QVÆSTIO XII.

Quare cum peccata fuerint communia totius Gentis Iudaeorum, Dominus peculiariter facit comminationem contra Ierusalem?

DESERTAM minatur Dominus futuram Ierusalem a diuina protectione, ut iam dixi in expositione, vel etiam ut interpretantur D. Chrysof. D. Hieron. iam citati, a Dei templo, quoniam templum columna erat Iudaica religionis, in eoque Iudaei maxime confidebant: iuxta illud: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum Domini, templum Domini, Ierem. 7. num. 4. Tum etiam quia templum erat tota nobilitas, ac excellentia illius Gentis, & ideo destructo templo, tota ciuitas, ac regnum abolitum, & extinctum existimabatur.

Origenes homil. 26. in Matth. per domum desertam interpretatur animam peccatoris; sic ait ipse: Ierusalem, qua erat deorsum comminatur Dominus, & nolentibus congregari sub penis eius, dicit: Ecce nunc relinquetur domus vestra deserta. Semper autem eis, qui noluerunt congregari sub penis eius dicit. Ecce nunc relinquetur domus vestra deserta. Non solum corpus, sed & anima peccatorum deserta relinquitur, & sicut in deserto vulpes faciunt in eis foveas, & serpentes cubationes, &c. Qui Christum ab anima sua expellit, & sub eius alis non vult degere, ac viuere, necesse est ut anima eius fiat locus desertus ab omni dono spiritali, & vastissimum receptaculum, in quo ferae; ac tenenosae serpentes valeant cubare, ac commorari.

Quaestio tamen principaliter inquit. Quare cum peccatum mortis Christi, ac Prophetarum, & Apostolorum fuerit commune totius Gentis Iudaeorum, tamen Dominus specialiter contra Ierusalem facit comminationem? Respondeo. Quod in Ierusalem erat templum, ut iam dixi in limine quaestionis: Tum etiam quia Ierusalem erat Caput, ac Metropolis totius regni, ac proinde ipsa extincta, totum regnum videbatur extinctum, ac deletum. Vide cap. 4. q. 4. Tandem quia magnus dolor erat ut in ipsa ciuitate, in qua gens illa florentissime regnauerat, ab illa esset expulsa, ut alieni in ea dominarentur.

Minabatur

77.

Minabatur Deus Heli: Ecce dies veniunt, & prescendam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, ut non sit senex in domo tua. Ecce Deus iratus in Heli, eum a summi Sacerdotis dignitate expellit. Quinetiam omnes illius posteros remouendos allerit a tali dignitate, alioque eorum loco constituendos; illud etiam iratus Deus addidit. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, & tibi deficiat anima tua. 1. Reg. 2. n. 33. Cur quando sic iratus Dominus omnes Heli posteros ab altari suo remouet: adhuc asserit aliquem semper eorum relinquendum altari seruientem? Foritan: hoc est, quia Dei ira aliquo modo est emollita circa Heli genus, & pro beneficio illi concedit aliquem successorem: Minime. Sed ut inde magis acerba appareat poena, vult ex familia Heli aliquis remaneat in templo, ut is videns se deiectum in ea domo, in qua maioribus dignitatibus floruerat, & simul videns alium in ea gloria, & honore sublimatum, inde magis morderetur, & affligatur. Quis enim dolore mortis non tabescat, videns se a suis bonis expoliatum, in quibus alius sublimatus apparet? Rupertus lib. 1. in libr. Reg. cap. 2. Ideo, ait, se Dominus non penitus ablaturum ex domo Heli virum ab altari suo dicit, ut semper de domo Heli esset in domo Domini vir, qui in dignitate Sacerdotis alium constitutum videret, ut se eadem dignitate priuatum videns, oculi eius deficerent, & anima eius tabesceret.

78.

Inde aliqui dicunt quod Deus permisit aliquos ex Chananæis remanere in terra promissionis: Habitabitq; Chananæus, in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius, Iosue 16. n. 10. Statutum fuerat, ut omnes Chananæi deleterentur, & tamen aliqui relinquantur, non pro indulgentia, sed pro ingenti supplicio, ut in suis locis, in quibus ipsi floruerant se videant deiectos, & Istraëlitas regnantes; & quæ maior poena, quam quod quis videat alios intrantes in gloriam, in eaque triumphantes, a qua ipse miserimè excidit, & in magnum opprobrium prolapsus est? Vide tom. 3. cap. 11. q. 12. n. 155.



CAP. XLVIII.

Denuntiantur prælia audienda.

- Matth. 24. Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Num. 2. Iesus autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Exiit Iesus a templo. Et accesserunt in Euang. Tom. IV.

cessere discipuli eius, ostendentes ei ædificium templi.

- Vatabl. Pagn. Vt ostenderent structuras templi. Syriac. n. 1. Nonne videtis hæc omnia? D. Hieron. Non permanebit hic lapis super lapidem. Euthymius. Qui non deruatur. Vatablus. Qui non destruendus sit. Arias. Qui non dissoluetur.

ALTER TEXTVS.

Marc. 13. n. 1. Ferè idem cum D. Matthæo.

EXPOSITIO I.

Egressus Iesus de templo. Feria tertia post diem Palmarum, & die tertia ante eius sacratissimam passionem, postquam late concionauerat, quasi tota die incipiens sermonem, cap. 21. Matth. n. 20. hucusque egressus est de templo. Et ibat. De more suo sub vesperam in montem Oliuatum, ad cibum sumendum, ac pernoctandum in Bethania apud Martham, & Magdalenam. Accesserunt discipuli eius: familiariter, & quamuis exierant de templo, non obliuiscuntur de his, quæ audierant in concione, ut faciunt multi, cum egrediuntur ab Ecclesia. Vt ostenderent ei ædificationes templi. Non tanquam ignotas, v inquit Euthym. Hugo, sed ut admirandas. E ita ut refert Marc. 13. n. 1. dixerunt: Magister absce quales lapides, & quales structure. Erat templum orbis miraculum: nam ut testatur Iosephus lib. 6. Belli cap. 6. Exterior eius facies nihil, quod anni, & oculi mirarentur, non habebat: crustis enim aureis grauisimis undique tecta ultra primos ortu, igneo splendore lucebat, ut cum intuerentur contentium oculi, quasi solis radij auerterentur. De quodate idem Iosephus lib. 15. Antiquit. cap. 14. Vilapandus de templo: Ostenderunt ei ædificationes templi, ut eum ad pietatem, ac clementiam excitarent ne templum illud periret. De quo quaest. 1. Ipe autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Discipuli prouocauerunt Christum ad videndum magnitudinem, ac amplitudinem templi, ab ruina, quam prædixerat, seruaretur; è conti verò Christus maxime eos prouocat ad illam templi fabricam exactius contemplanam, ut videntes eius extremam euerfionem magis admirent. Non relinquetur lapis super lapidem. Hyperboea est loquutio, & prædicitur hic extrema, ac totis ruina Ierusalem, quæ facta est à Romanis principibus; de hac sententia egi iam supra cap. 4. exposit. 2. q. 7. Vide etiam quaest. seq.

QVÆSTIO I.

Quare discipuli egressi de templo ostendunt Christo Domino illius fabricationes?

VERVNT discipuli a Christo Domino in se superioris concionis, ut dictum est BBbb 3 in

72. Clem. Alex.

Chrysof. Hieron. Euthym. D. Thom. Carthuf. Hugo.

Beda.

Isai. 56. Ierem. 7.

73. Syriacus.

August. Chrysof. Theophyl. Euthym. D. Thom.

Origenes Hieron.

74. Chrysof. Hieron.

Ierem. 7.

Templum nobilitatis, ac nobilitatis.

75. Origenes.

Anima peccatoris sit locus desertus ab omni dono celesti.

76. Grauis poena ut quis sit deiectus a suo loco, in quo alium triumphat.

Extra templum recordantur de concione.

Euthym. Hugo. Marc. 13.

Iosephus.

Vilapand.

2.

3.